



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xiiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

corpus domini contingat. In quo per durans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

*Item de homicidio sponte commisso. Cap. XIII.*

*Ex cōcil.  
Ancirano, ca. 21.*

**Q**VI voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiam quidem iugiter submittant se, perfectionem circa vitæ exitum consequantur.

*De eadem re. Cap. XIII.*

*Ex cōcil.  
Parisiensi, cap. 6.*

**S**I quis homicidium spontè commiserit, & non violentè resistens, sed vim faciens, innocentè & simpliciter gradientem interfecerit, vsque ad finè vitæ suæ grauitèr pœniteat, sic tamen, vt si pœnitentiã bene peregerit, in eadem ei communionis viaticum non negetur.

*De homicidio non spontè commisso. Cap. XV.*

*Ex cōcil.  
Ancirano, ca. 22*

**D**E homicidiis non spontè commissis, prior quidem definitio, post septennem pœnitentiã, perfectionem consequi præcipit. Secunda verò quinquennii tempore explere.

*De eadem re. Cap. XVI.*

*Ex cōcil.  
Hænētē, cap. 2.*

**S**I quis casu non volēs, homicidium perpetraverit, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat. Quibus præactis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat, post biennium in communionem rationis suscipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur, abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

*De illo qui domino suo præcipiente homicidium fecerit. Cap. XVII.*

*Ex eodē, cap. 25.*

**S**I quis liber iubete domino suo ferruum eius occiderit, vt homicidium spontè commissum pœniteat.

*De illo qui seruum suum interfecerit. Cap. XVIII.*

*Ex cōcil.  
Agathē, cap. 62.*

**S**I quis seruum proprium, sine conscientia vel iudicio dicit occiderit, vt homicidium spontè commissum habeat.